



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteæ  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Affectus erga Beatum Aloysium. 40

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

qua parte desitum abolitumque  
fuisse, Acta publica querantur;  
ita rursus incal scere valesceréq;  
nunc cœpisse, templa passi, &  
exempla testentur. Hos tales pro  
Ignatio se scribit causas habuisse

XL. *Affectus erga B. Aloysium.*

**V**erum ubi ab Ignatio disce-  
deres, erga neminem æquè  
affici Antonium vidisses, atque  
aduersus Aloysium, adolescen-  
tem beatum: qui è Gonzagis, fa-  
milia principe, ortus, Societa-  
tem generi, cælumque terris an-  
te habuit: relicto apud morta-  
les haud obscuræ Virtutis mo-  
nimento. Ad hunc Antonius,  
velut ad exemplum, quod imi-  
tarerū, respectabat. Nec facile  
dies abiit, quo rerum ab eo ge-  
starum partem aliquam legere,

&amp;

& ubi eximum quid atque imitabile legisset, excerpere, prætermitteret. Inde crescere patroni veneratio, magnoque in precio haberi, quicquid ab Aloysio prouenisset. Ita saepe solatio fuere flores, quos de eius tumulo subiectos, cum fortè nactus fuisset, domi non aliter atque vñiones & gemmas, cum eiusdem effigie asseruabat. ipsos autem cineres, vrna argentea inclusos, atq; in facello, haud longe à scholis conditos, mirum est, quam audie religiosaque interuiserit! vt neque satiari accessu, nec loco diu illi videretur posse. Quare factum est crebro, vt exempli huius desiderij, adierit scholæ magistrum, eumq; supplex rogarit, vt è ludo ad Alcyfum suum, vrnæque dilectæ cineres

neres venerandos, recurrere ex  
interuallo fineretur.

XLI. *Veneratio diei Natalis  
Beati Aloysij.*

Sed multò concitator hic erat  
affectus, quo tempore sub Iu-  
nium mensem iam adultum, vi-  
cinus Aloysij Natalis immine-  
bat. Tum ille, diem solidum an-  
tecapere, atque ad eius facellum,  
quodam quasi peruigilio aëto,  
complures horas excubare. In-  
gruente post vespere domum  
reuersus, ibi noctis crepusculum  
inter continuatas preces opperi-  
ri. Inde super impolitos afferes  
compositus, cum horas quieti  
non plus duas concessisset, reli-  
quum noctis ita partiebatur, ut  
ab acerrima corporis verbra-  
tione, ad lectitandam Aloysij  
histo-